



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 77. Alterum diploma per Jesuitas a Rege obtentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. LXXVII.

Sæcul. XVI.

A. C. 1554.

*Alterum diploma per Jesuitas a Rege  
obtentum.*

Itaque Jesuitæ hujus tempestatis vim patienter tolerabant, verum progres-  
su temporis, cum sententiæ a Procura-  
re Generali pronuntiatæ descriptum ha-  
berent exemplar, ac aliunde ipsis fat  
perspectum esset, quod Henricus Rex a  
Cardinale Lotharingio permotus eorum  
Institutum plurimi haberet, hinc ipsum  
Regem supplices accedebant, nec irrito  
etiam successu; hic enim certior factus,  
quod Senatus primum diploma ad acta  
referre constanter recusaret, alterum  
diploma addito hoc verbo: *iterato*: Je-  
suitis concessit, eoque declaravit, quod  
neglecto Regiorum Ministrorum judicio,  
atque insuperhabit rationibus forte  
proponendis primum diploma confirma-  
ri velit, ac postulet, cunctis oppositio-  
nibus nihil valitinis. Verum hæc ipsa  
Regis jussa unice ad Senatum, Regios-  
que Ministros magis exacerbandos con-  
ferebant; nam illi, quod nulla ad eo-  
rum sententiam ratio haberetur, quere-  
bantur, ac propterea suo se inhæfuros  
judicio, palam profitebantur, totiusque  
negotii executionem, quantum pote-  
rant, protrahebant. Rex cum tandem  
caussam decidi urgeret, Senatus hoc An-

*Bouhours*  
*1.5. p. 412.**Hist. Eccles. Tom. XLII.*

I no

Sæcul. XVI.  
A.C. 1554.

no millesimo quingentesimo quinqua-  
gesimo quarto die tertia Augusti hanc  
sententiam pronuntiavit, vi cuius, prius-  
quam ulterius procederet, fanciebat,  
quod hujus Instituti Bullæ, necnon illius  
approbatio unacum Regis diplomate,  
eoquod hæc cauſa præcipue Religio-  
nem concerneret, Eustachio Belayo Pa-  
risiensi Episcopo æque, ac Theologicæ  
Facultatis Decano committerentur: am-  
bo autem hac super re ad Curiam refer-  
rent, ut hæc defuper audiri, mentem-  
que suam aperire valeat.

### §. LXXVIII.

#### *Parisinæ Facultatis Theologicæ decre- tum contra Jesuitas.*

Bouhours  
l.5. p.413.  
Orland. hist.  
Soc. Jesu  
l.14. n. 51.  
l.15. n.33.  
34. & 45.  
Argentre  
p. 194.

Pronuntiata hac sententia Episcopus  
hosce Patres minime esse recipien-  
dos opinabatur, exponens, quod eorum  
institutum Episcoporum juribus, nec non  
pactis Pontifices inter, & Galliarum  
Reges initis adversaretur. Quinimo Fa-  
cultyatis Decanus adhuc ad duriora pro-  
cessit, nec suam sententiam in pleno  
conſeffu exposuisse contentus insuper  
Doctores convenire jussit, ac die prima  
Decembris sequens decretum promul-  
gari præcepit: *Hæc nova Societas inſolitam  
Nominis Jesu appellationem peculiari-  
ter sibi vindicans tam licenter, & fine dele-  
ſtu quaslibet personas quantumlibet facino-  
reas,*